

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Alexandri Magni in der Fassung des Leo Archipresbyter

Alexander <III., Makedonien, König>

[Straßburg], 26. Mai 1494

Sepultus est itaque alexander in sepulchro altissimo et mirifico opere
constructo

[urn:nbn:de:bsz:31-288134](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-288134)

petierunt. Tunc iussit alexander
dicam coram se venire. sibiq; totum
regnum macedonum comedauit. et
tradidit sibi Roxanam uxorem suam
et omnes milites suos recommenda-
uit illi.

Et inde cepit

D omnes macedones per
singulos osculari. et sus-
pirans flebat amare. Erat autem in
eodem loco ploratus tam maximus
ut quasi tonitrua viderentur. Eredi-
tur quod non solum homines plorave-
runt pro tam magno imperatore.
Solem eclipsim passum fuisse. et ele-
menta omnia penitus conturbata.

Quidam homo

Q macedonius cui nomen erat
Solencius stabat prope le-
ctum alexandri. et cum genuit et plo-
raturus maximus ait. Misere impera-
toris quid post obitum tuum faciemus.
Philippus pater tuus bene tenuit
regnum. Sed largas res tuas quis
estimabit. Tunc alexander erexit se
in lecto et sedit. et sibi metum alapa-
m dedit. et cepit amarissime flere. et in lin-
gua macedonica ita proferre. Heu
heu me miserum. Alexander mori-
tur et macedonia minuitur. Tunc
omnes macedones ceperunt alta vo-
ce clamare ploratum facere et dice-
re. Melius esset nobis omnibus mo-
ri quam videret coram nostra presentia
deperire. Scimus enim quod post mor-
tem tuam regnum nostrum dissipabi-
bitur. Ne nobis miseris vbi dimitti-
mus dominum nostrum alexandrum.
Alexander sine macedonibus tra-
is recedis. Alexander sepius plorans

et suspirans ait. O macedones ca-
rissimi a modo nomen vestrum super
barbaros nequaquam dominabitur.
Tunc ceperunt macedones ei clama-
re. Domine alexander tu duristi nos
in persidam. arabiam. indiam et us-
que ad orientem solis. et modo absque no-
bis recedis. quare nunc fugis a no-
bis. Duc nos domine tecum quocum-
que meas.

Hinc direxit

T alexander athenas coroz-
nam auream in templum ap-
pollinis. et palpenam auream et indu-
mentum preciosum et auream sedem.
Similiter et omnibus templis prece-
pit deferri melodinosam terram et mir-
ram terram treglodicie. et iussit ve-
post mortem eius corpus suum vnge-
retur. Vicini enim quibus duabus re-
bus corpora humana illesa seruan-
tur. Deinde precepit ptholomeo ut
in alexandria sibi sepulchrum aureum
construeret. Et statim suis videntibus
expiravit.

Unde obijt

C set alexander principes le-
uauerunt corpus eius. et
ipsum vestimentis regalibus induerunt. et
imponentes coronam auream capiti suo
posuerunt eum in curru imperiali quem
principes suis pectoribus a babylone
usque ad alexandriam conducerunt.
Ptholomeus autem alta voce clama-
uit dicens. Heu mihi alexander vir
fortissime in quantum in vita tua pemisti
quod nunc post mortem occidis. Milites
vero alexandri plorabant et sequebantur eum us-
que in alexandriam. Sepultus est itaque
alexander in sepulchro altissimo et
mirifico opere constructo.